e-codices

T am optumum ē. Tu conditionem hanc accipe Auſculta mihi
A tque eam deſponde mihi. Eu at nihil eſt dotiſ quidem. Me ne duiſ
D ummodo morata recte ueniat dotata eſt ſatiſ
Eu E o dico ne me theſauroſ repperiſſe cenſeas
Me N oui ne doceaſ deſponde. Eu fiat. ſ; prob iupiter
N um ego diſperij. Me quid tibi eſt. Eu ꝗ crepuit quaſi ferrum modo:
Me h ic apud me ortum confodere iuſſi: ſ; ubi hic eſt homo:
A bijt: neque me certiorem ferit: faſtidit mei
Q uia uidet me ſuam amicitiam velle more hominum facit
N am ſi opulento ſit petitum pauperioriſ gratiam.
P auper metuit congredi per metum rem male gerit
I dem qn illec occaſio perit poſt ſero cupit
Eu S i hercle ego te non elinguandam dero uſq; ab radicib;
I mpero auctoriq; ſum ut me cuiuiſ caſtrandum loceſ
Me U ideo hercle ego te arbitrari euclio hominem idoneum
Q uem ſenecta etate ludoſ faciaſ haud merito meo
Eu N eque edepol megadore facio: neq; ſi cupiam copia eſt
Me Q uid nunc ē deſpondeſ mihi filiam. Eu illis legib;
C um illa dote quam tibi dixi. Me ſponden ergo: Eu ſpondeo
I ſtuc dij bene uortant. Me ita dij faxint. Eu illud facito ut memineris
C onueniſſe ut ne quid dotiſ mea ad te afferat filia
Me M emini. Eu at ſcio quo uoſ ſoleatiſ pacto perplexarier
P actum non pactu eſt non pactum pactum eſt. quod uobiſ lubet
Me N ulla controuerſia m̄ tecum erit ſ; nuptiaſ
H odie quin faciamus num quę cauſa eſt. Eu imo edepol optume
Me I bi igitur parabo nunquid me uiſ: Eu iſtuc fiet: uale
Me H euſ ſtrobile ſequere propere me ad macellum ſtrenue
Eu I llic hinc abijt di immortaleſ obſecro. aurum qd ual&
C redo ego illum iam inaudiſſe mihi theſaurum ēē domum.
I d inhiat. ea affinitatem hanc obſignavit gratia

EVCLIO. STAPHILA.

V bi tu eſ: quae deblaterauiſti iam uiciniſ omnib;
M e meae filiae daturum dotem: heuſ ſtaphila te uoco
E cquid audiſ: uaſculta intuſ pure prepara atq; elue
F iliam deſpondi. hodie ego huic nuptum megadoro dabo
Sta D i bene uortant uerum ē caſtor non poteſt ſubitum eſt nimis

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2033v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2033v)